

4-5. *Duae tamen ultimae rationes non recte concludunt quia, quamvis Deus sit omnino uniformis, tamen in eo rerum cognitio distincte accipi potest prout ipse est propria ratio uniuscuiusque; similiter, quamvis speculum a materialibus ad spiritualia transferatur, non tamen haec translatio attenditur secundum omnes condiciones speculi materialis ut quamlibet earum in speculo spirituali observare oporteat, sed solum secundum repraesentationem.*

Articulus septimus

Utrum in revelatione prophetica imprimantur divinitus in mentem prophetarum novae rerum species vel solum intellectuale lumen

II-II q. 173 a. 2; Super Is. cap. 1; Super I Cor. cap. 14 lect. 1.

OBIECTIONES

1. *Septimo quaeritur utrum in revelatione prophetica imprimantur divinitus in mentem prophetarum novae rerum species vel solum intellectuale lumen. Et videtur quod solum lumen sine speciebus quia, ut habetur in glosa [Petri Lomb.] II Ad Cor. 12, 2, a sola visione intellectuali dicitur aliquis propheta; sed visio intellectualis non est de rebus per rerum similitudines sed per ipsas rerum essentias, ut ibidem dicitur; ergo in visione prophetica nullae species in mente prophetarum fiunt.*

2. *Praeterea, intellectus abstrahit a materia et materialibus condicionibus; si igitur in visione intellectuali quae facit prophetam fiant aliquae similitudines, illae similitudines non erunt admixtae materiae vel condicionibus materialibus; ergo per eas propheta non poterit cognoscere particularia sed universalia solum.*

3. *Praeterea, earum rerum de quibus fit prophetarum revelatio habent prophetarum aliquas species in mente sua, sicut Ieremias [1, 13], qui prophetabat combustionem Ierusalem, habebat in anima sua speciem civitatis illius a sensu acceptam et similiter ignis comburentis quem frequenter viderat; si igitur aliae species earundem rerum menti pro-*

4-5. Questi argomenti non concludono rettamente perché, sebbene Dio sia del tutto uniforme, tuttavia in lui si può attingere distintamente la conoscenza delle cose, essendo egli la ragione propria di ogni cosa; similmente, sebbene lo specchio sia trasferito dalle cose materiali alle spirituali, tuttavia questo trasferimento non va preso secondo tutte le condizioni dello specchio materiale, quasi che si debba osservare ciascuna di esse nello specchio spirituale, ma solo secondo la rappresentazione.

Articolo 7

Se nella rivelazione profetica siano impresse da Dio nella mente del profeta nuove specie delle cose o [sia impresso] soltanto il lume intellettuale

OBIEZIONI

Sembra che nella rivelazione profetica sia impresso solo il lume senza le specie. Infatti:

1. Come dice la glossa sulla seconda lettera ai *Corinzi*, uno è detto profeta in base alla sola visione intellettuale; ora, la visione intellettuale è delle cose non mediante le loro similitudini, ma mediante l'essenza stessa delle cose, come è detto nel medesimo luogo: dunque nella visione profetica non si forma nessuna specie nella mente del profeta.

2. L'intelletto astrae dalla materia e dalle condizioni materiali: se dunque nella visione intellettuale che costituisce profeti si formano alcune similitudini, quelle similitudini non saranno frammiste alla materia o alle condizioni materiali: dunque attraverso di esse il profeta non potrà conoscere i particolari ma solo gli universali.

3. I profeti hanno nella loro mente alcune specie di quelle cose che vengono loro rivelate, come Geremia, che profetava l'incendio di Gerusalemme, aveva nella sua anima la specie di quella città ricevuta dai sensi e similmente [la specie] del fuoco che brucia, che aveva frequentemente visto: se dunque vengono impresse da Dio nella

3. Praeterea, in omnibus prophetis infusio luminis est uniformis; sed non omnes prophetae uniformem cognitionem accipiunt cum quidam de praesenti, quidam de praeterito, quidam de futuro prophetent, ut glosa [Ordin.] Gregorii dicit super principium Ezechielis; ergo non solum lumen prophetis infunditur, sed aliquae species imprimuntur quibus prophetarum cognitiones distinguantur.

4. Praeterea, revelatio prophetica fit secundum locutionem interiorum ad prophetam per Deum vel per angelum factam, sicut patet omnium prophetarum scripta intuenti; sed locutio omnis fit per aliqua signa; ergo revelatio prophetica fit per aliquas similitudines.

5. Praeterea, visio imaginaria et intellectualis sunt excellentiores corporali; sed quando fit visio corporalis supernaturaliter, tunc nova species corporalis videntis oculis exhibetur, sicut patet de manu scribentis in pariete ostensa Baltasar, Dan. 5, 5; ergo multo amplius oportet quod in visione imaginaria et intellectuali supernaturaliter factis novae species imprimantur.

RESPONSIO.

Dicendum quod prophetia est quaedam supernaturalis cognitio; ad cognitionem autem duo requiruntur, scilicet acceptio cognitorum et iudicium de acceptis, ut supra [a. 3 ad 1] dictum est; quandoque igitur cognitio est supernaturalis secundum acceptionem tantum, quandoque secundum iudicium tantum, quandoque secundum utrumque. Si autem sit secundum acceptionem tantum supernaturalis, non dicetur ex hoc aliquis propheta, sicut Pharaon non est dictus propheta qui supernaturaliter accepit futurae fertilitatis et sterilitatis indicium sub boum et spicarum figuris. Si vero habeat supernaturale iudicium vel simul iudicium et acceptionem, ex hoc dicetur esse propheta.

Acceptio autem supernaturalis non potest esse nisi secundum tria genera visionis, scilicet secundum visionem corporalem, quando aliqua corporalibus oculis divinitus demonstrantur, ut manus scribens Baltasar; et secundum imaginariam visionem, quando divinitus aliquae rerum figurae prophetis ostenduntur, ut olla succensa Ieremiae et equi et montes Zachariae; et secundum intellectualem, quando aliqua intellectui ostenduntur supra naturalem facultatem. Cum autem intellectus humanus sit in potentia naturali ad omnes formas intelligibiles sensibilibus rerum, non erit supernaturalis acceptio quaecumque

3. In tutti i profeti l'infusione del lume è uniforme; ma non tutti i profeti ricevono una conoscenza uniforme, poiché alcuni profetizzano riguardo al presente, altri riguardo al passato, altri riguardo al futuro, come dice la glossa di Gerolamo su *Ezechiele*: quindi ai profeti non viene infuso soltanto il lume, ma vengono impresse alcune specie mediante le quali le conoscenze dei profeti [stessi] vengono distinte.

4. La rivelazione profetica avviene secondo una locuzione interiore rivolta al profeta da parte di Dio o di un angelo, come appare a chiunque guardi gli scritti dei profeti; ma ogni locuzione avviene mediante alcuni segni: dunque la rivelazione profetica avviene mediante alcune similitudini.

5. La visione immaginaria e quella intellettuale sono più eccellenti della corporale; ma quando la visione corporale avviene soprannaturalmente, allora viene esibita agli occhi del veggente una nuova specie corporea, come appare dalla mano che scriveva sulla parete mostrata a Baltasar: dunque molto di più bisogna che vengano impresse nuove specie nella visione immaginaria e in quella intellettuale che si compiono soprannaturalmente.

SOLUZIONE.

La profezia è una certa conoscenza soprannaturale; ora, per la conoscenza si richiedono due cose, cioè la recezione degli oggetti conosciuti e il giudizio su di essi, come si è detto sopra: talvolta dunque la conoscenza è soprannaturale solo quanto alla recezione, talvolta quanto ad ambedue gli aspetti. Ora, se è soprannaturale solo quanto alla recezione, in base ad essa non si dirà che uno è profeta, come non è stato detto profeta il Faraone per il fatto che ricevette un segno della futura abbondanza e carestia sotto le figure dei buoi e delle spighe. Se invece uno viene ad avere un giudizio soprannaturale, o insieme il giudizio e la recezione, allora si dirà che è profeta.

Ma la recezione soprannaturale non può aversi se non secondo i tre generi di visione, cioè secondo la visione corporale, quando alcune cose vengono mostrate da Dio agli occhi corporali, come la mano che scriveva a Baltasar; oppure secondo la visione immaginaria, quando vengono mostrate ai profeti da parte di Dio alcune figure delle cose, come la caldaia accesa a Geremia e i cavalli e i monti a Zaccaria; oppure secondo la [visione] intellettuale, quando vengono mostrate all'intelletto alcune cose al di sopra delle facoltà naturali. Dato però che l'intelletto umano è in potenza naturale a tutte le forme intelligibili delle realtà sensibili, non vi sarà accezione soprannaturale.

species intelligibiles in intellectu fiant, sicut erat supernaturalis acceptio in visione corporali quando inspicuntur res quae non sunt secundum naturam formatae sed solummodo divinitus ad aliquid ostendendum, et sicut erat supernaturalis acceptio in visione imaginaria quando videntur aliquae similitudines non a sensibus acceptae sed per aliquam vim animae formatae; sed tunc solum intellectus supernaturaliter accipit quando videt ipsas substantias intelligibiles per essentiam suam, utpote Deum et angelos, ad quod pertingere non potest secundum virtutem naturae suae. Inter autem has tres supernaturales acceptiones haec ultima excedit modum prophetiae, unde dicitur Num. 11 [rectius 12, 6] «Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in somnio aut visione loquar ad eum. At non talis servus meus Moyses qui palam et non per figuras et aenigmata videt Deum»; videre igitur Deum in essentia sua, sicut videtur in raptu vel sicut videtur a beatis, aut etiam videre alias substantias intelligibiles per essentiam suam, modum propheticae visionis excedit. Sed prima supernaturalis acceptio, scilicet quae est secundum corporalem visionem, est infra prophetica acceptionem quia per hanc acceptionem non praefertur propheta aliis quibuscumque cum speciem divinitus formatam ad videndum omnes aequaliter videre possint. Supernaturalis ergo acceptio quae est propria prophetiae est acceptio imaginariae visionis. Sic ergo omnis propheta vel habet iudicium tantum supernaturale de his quae ab alio videntur, sicut Ioseph de visis a Pharaone, vel habet acceptionem simul cum iudicio secundum imaginariam visionem.

Iudicium igitur supernaturale prophetae datur secundum lumen ei infusum ex quo intellectus roboratur ad iudicandum, et quantum ad hoc nullae species exiguntur; sed quantum ad acceptionem requiritur nova formatio specierum, sive ut fiant in mente prophetae species quae prius non fuerunt, utpote si alicui caeco nato imprimerentur species colorum, sive ut species praeexistentes ordinentur et componantur divinitus tali modo quod competat significationi rerum quae debent prophetae ostendi; et per hunc modum concedendum est quod prophetae revelatio non solum fit secundum lumen sed secundum species etiam, quandoque vero secundum lumen tantum.

RESPONSIO AD OBIECTA

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis propheta non dicatur nisi qui habet intellectualem visionem, non tamen sola visio intellec-

turale per qualsiasi specie intelligibile che si formi nell'intelletto come era soprannaturale l'accezione nella visione corporale quando si vedono delle cose che non sono formate secondo natura ma soltanto da parte di Dio per mostrare qualche cosa, e come era soprannaturale la recezione nella visione immaginaria quando si vedono alcune similitudini non ricevute dai sensi ma formate da qualche forza dell'anima: dunque l'intelletto riceve soprannaturalmente solo quando vede le stesse sostanze intelligibili mediante la loro essenza, per esempio Dio e gli angeli, al che non può giungere secondo la sua virtù naturale. Ora, fra queste tre accezioni soprannaturali, quest'ultima eccede il modo della profezia, per cui è detto nel libro dei Numeri: «Se vi sarà fra di voi un profeta del Signore, gli parlerò nel sogno o nella visione. Ma non è così per il mio servo Mosè, il quale vede Dio apertamente e non attraverso le figure e gli enigmi»; il vedere dunque Dio nella sua essenza, come lo si vede nel rapimento o come è visto dai beati, o anche il vedere le altre sostanze intelligibili mediante la loro essenza, trascende il modo della visione profetica. Invece la prima recezione soprannaturale, cioè quella che avviene mediante la visione corporale, è al di sotto della recezione profetica, perché con questa recezione il profeta non viene anteposto a qualsiasi altro, dato che tutti possono vedere allo stesso modo una specie formata da Dio. Dunque la recezione soprannaturale che è propria della profezia è quella della visione immaginaria. Per cui ogni profeta o ha soltanto un giudizio soprannaturale riguardo a ciò che è visto da altri, come Giuseppe riguardo a ciò che era stato visto dal Faraone, oppure ha la recezione insieme con il giudizio secondo la visione immaginaria.

Dunque il giudizio soprannaturale del profeta è dato secondo il lume a lui infuso, grazie al quale l'intelletto è rafforzato per giudicare, e quanto a ciò non è richiesta alcuna specie; quanto invece alla recezione si richiede una nuova formazione di specie, sia che nella mente del profeta si formino specie che prima non esistevano, come se a un cieco nato venissero imprresse le specie dei colori, sia che le specie preesistenti vengano ordinate e composte da parte di Dio in un modo conveniente alla significazione delle cose che devono essere mostrate al profeta; e in questo modo bisogna concedere che la rivelazione viene fatta al profeta non solo secondo il lume, ma anche secondo le specie, talvolta invece solo secondo il lume.

RISPOSTA ALLE OBIEZIONI

1. Sebbene non si dica profeta se non chi ha una visione intellettuale, tuttavia alla profezia appartiene non soltanto la visione intellet-